

repellas longi⁹. Da gaudiorū
in uera. da gratiaz p̄m̄ia. dis
solue litis uincula astringe pa
cis federa. Per te sciamus da
patrem.

Oratio.

Hesto p̄cibz meis sp̄itū⁹
alme z immitte cōpūcti⁹
onē cordis: aperi mihi sensum
z indulge mihi omia crimina
placatiqz mihi fac patrē z fili
um. cuz quibz uiuis z regnas
de⁹ p̄ oia secla seclorū. Amen

Oraciones ppulcre de dul
cissimo nomine Jesu.

Odulcissime z amantissi
me iesu. Iesus est nomē
bonuz. nomen p̄ciosum. nomē
qđ nemo potest dicere nisi i spi
ritu sc̄to. **O**dulcissime et sua
uissime iesu. **O**amabile z ad
mirabile. **O**magnū z salutarē
nomen iesus. Iesus est nomē
p̄pium. nomen delectabile. no
men bone spei: confortans pec
catorē. **Q**uid est nomen iesus
nisi saluator. **E**rgo iesu p̄pter
remeti⁹ m̄ esto mihi iesus. **J**e
su bone. iesu dulcis. iesu beni
gne. propter hoc nomen tuuz
fac mihi fm̄ nomen tuuz. qui
me plasmasti ne peream. esto
mihi iesus. iesu bone. iesu opti
me miserere mihi dum temp⁹
est miserendi. ne me damnes i

temp̄e iudicandi. aperi oculos
mentis mee ut possim terrena
omia z oblectamenta simul z
aduersa ex corde puro despice
re: z ea que celestia sunt et eter
na iugiter cogitare. z animus
me⁹ semp̄ intentus esse ualeat
contemplatiōi eternorū bonorū
ram. iesu pie. iesu benigne. iesu
misericordissime. admitte me
in numerū electorum tuorū. ut
cū illis tibi seruire. te laudare:
z glorificari merear nunc z vs
qz in seculum. Amen. **O** no
mē p̄dulce mihi. z requies cer
ta laborū. o glia salusqz n̄ra ve
ra. **O**remissio peccorū z misē
ricordia nostra vera. o vox no
stra z sapiētia diuina: o fiducia
z protectio n̄ra eterna. o mur⁹
inexpugnabilis: z arma n̄ra in
uictissima. o nomē iesu christi
predulce mihi. **O**unica uita
mea iesu christe dele omia pec
cata mea. p̄terita. p̄sentia z fu
tura. z libera me ab ira tua: et
a p̄tate z timore z uisibz demo
nū. z p̄fice in me laudē tuā hic
z in futuro. Amen.

Oraciones deuotissime di
cende in dedicatiōe templi. cū
quis cupit adipisci indulgen
tias ibidem p̄cessas. z p̄mo dī
cendi sunt psalmi sequentes.